



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Regvlaribvs Et Transeuntibus ad religionem. Titvlvs XIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)



Alexander IV. Fratris praedicatoribus & monachis.

CAP. V.

Secundum votum solenne veligitur, derogat priore simplici, h. d. Joan. de Fan.

Idem.

Qui post votum a se de certa religione intranda & missum, religionem aliam etiam laxiorem ingreditur & proficitur in ipsa, potest (voto non obstante priori, cui tanquam simplici, per secundum solenne officium de rogatum) manere licite in eadem. Pro voto tamen non completo, erit eidem poenitentis imponenda.

CAP. VI.

Uacuis monasteriis continentibus votum recipit Monachum, si communitur ad Abbatem, & ad ipsas: si ad Abbatem solenne, h. d. Dominicus.

Idem.

Ad solum Abbatem pertinet creatio Monachorum, deo defuncto nequirit novus Monachus a conventu creari. Alias potest, si eorum creatio spectat infirmis ad utrumque.

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

TITVLVS XV.

CAP. I.

Votum solenne alicui per susceptionem sacri ordinis, vel per professionem factam alicui de religione per sedem Apostolicam approbata, dirimit matrimonium, post contractum: alia solum impedit, & non dirimit, h. d. secundum Zan.

Bonifacius VIII. Brixien. Episcopo.

Quod & votum debeat dici solenne, ac ad dirimendum matrimonium efficace, nos consilare voluimus. Nos igitur attendentes, quod vota solemnitas ex sola consuetudine ecclesie est inventa: matrimonium vero vinculum ab ipso ecclesie capite certum & inmutabile, ipsum in paradiso, & in statu innocentie in infante, unione & indissolubilitate accepit. Presentis declarandi duimus oraculo sanctionis, illud solum votum debere dici solenne, quantum ad post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit, per susceptionem sacri ordinis. Aut per professionem expressam vel tacitam factam alicui, de religione per sedem Apostolicam approbata. Reliqua vero vota, est quandoque matrimonium impediunt contrahendum, & quantum manifestus sunt emissa, tanto propter plurimum scandalum, & exemplum durior poenitentia transgressoribus debeat: non tamen rescindi possunt matrimonia post contracta.

DE STATV REGVLARIVM.

TITVLVS XVI.

CAP. I.

Monasteria tacite vel expresse professis, clausurae monasterii exire non possunt, nec alii ad illas intrare: nisi causa legitima & superius licentia interueniat, h. d.

Bonifacius VIII.

Periculosum & detestabile quorundam monasteriorum statum (que si non essent laxatae habentis, de monachali molestis seorsumque recedunt impudenter abjectis, extra sua monasteria, nonnunquam

a Vid. B. Thom. 2. 2. q. 1. art. 3. Et q. 1. art. 4. Et 1. b Vid. B. Thom. Et ibidem Cajetanus 2. 2. q. 1. art. 4. c Item, quibus monasteria corrumpuntur: Et an talibus de iis, qui publice valent, sed dandum corpus Christi: gl. 1. de filia 27. q. 1. vid. doc. in l. si quis non dicatur rapere, C. de Episc. & cler. Font.